Charissime in christo fili noster salutem, et Aplicam ben. Securitati conscientiae Venerabilium Fratrum Archiepporum, et Episcoporum, ac aliorum Prelatorum Ecclesiasticorum Regnorum, et Dnorum tuorum, qui pro eorum senatorio munere in Senatu, Comitijs, Consilijs, et Judicijs eorundem Regnorum interesse, ac sententiam dicere solent, ac debent, opportune consulere cupientes, Maiestatis tuae supplicationibus in hac parte nobis humiliter porrectis inclinati, omnibus, et singulis Archiepis, Episcopis, et alijs Prelatis prelictis, ut in eisdem Senatu, Comitijs, Consilijs, et Judicijs, quandocunq de rebus, et negotijs Bellicis, et sententijs, ac causis criminalibus tractabitur, eorum sententiam dicere libere, et licite sine aliquo conscientiae scrupulo, aut censurarum Ecclesiarum, et irregularitatis incurtu, etiam si exinde aliquorum mors, aut membrorum mutilatio subsequatur, dummodo ipsimet sanguinis sententiam non ferant, et à subscriptione sententiarum abstineant, nisi forsan ex officio hmoi etiam sententias subscribere teneantur, quo casu, ut illas etiam subscribere possint, auctoritate aplica tenore prtium gratiae concedimus, et indulgemus. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus aplicis, cateris q contrarijs quibuscunq. Dat. Romae apud Sanctum Marcum sub Annulo Piscatoris, die. ix. Augusti. M.D.Ciij. Pontificatus Nostri Anno Duodecimo.

M. Vestrius Barbianus.

Charissimo in Chrô filio nrô Sigismundo
Poloniæ, et Suetiæ Regi Illustri.

1 Augusti 1593
Altmm de fœdo fœtiæ
Sigismundo Crimisolby

50